

*est, quia posterior etiam ita exponi potest, quod præstitia bonis o-  
peribus salus sequatur, quamvis per alia merita & ex aliâ causâ,  
non enim opus est ut in promissione ad meritum proprium re-  
spiciamus.*

7. Distinguunt quidam cum adversariis inter hanc phrasin: *bona opera  
sunt necessaria ad salutem*; Et illam: *benefacere, præcepta DEi obser-  
vare, est necessarium ad salutem.* Calixtus dicit se priorem nun-  
quam usurpare, sed posteriorem. Verum inepta & ridicula est  
distinctio, cum bona opera nihil aliud dicant, quam *bene operari*  
in esse completo. Ultraque verò à nobis rejicitur.
8. Distinguendum inter abstractum seu *salutem*, & concretum seu *sal-  
vandum*. Huic bona opera sunt necessaria, sed non ad priorem.
9. Distinguendum inter *salvandum*, qui est talis, & quatenus est talis.  
Illi, non huic sunt necessaria. Posterior enim tantum fiduciali  
apprehensione meriti Christi opus habet.

### CONFIRMATIO.

Probari potest Aphorismus ex universâ epistola ad Galatas, in quâ & rem &  
rei modum Apostolus exponit: Culpatis, qui sub schemate necessi-  
tatis bona opera articulo de salute æternâ volebant inferre & cap. V,  
12. anathema illis dicit: Hinc turbas nominat, earumque originem  
indicat, cap. I, 7. cap. II, 4. Capite III, 1. 2. 3. incipit declarare to-  
tam hanc controversiam & stultam doctrinam vocat, quæ operibus  
salutis meritum adscribat.

### ANTITHESIS.

Operistarum omnium.

## ARTICULUS XIIIX. DE POENITENTIA. APHORISMUS

Poenitentia est salutaris conversio hominis peccatoris à  
DEo gratijsé præventi, vocati & novis viribus instru-  
eti, peccata à se commissa feriò dolentis & fiduciam su-  
am

Fœniten-  
tiæ descri-  
ptio.